



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 59. Legati suam innocentiam coram Lunensi Comite vindicantes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

mor valeret, eoquod repugnantia na-
 tionis unicæ, quæ suffragiorum nu-
 mero minus potens erat, ipsos tamen
 continuisset, ne res tanti momenti ad
 Romani Pontificis utilitatem definire-
 tur: postea igitur ea ommissa, haud con-
 decens videbatur, ut circa minorum
 Præsulum potestatem declaratio habe-
 retur, cum caput præcedere debuisset,
 de quo Itali cum Gallis convenissent,
 adeoque justæ querelæ causa istis
 non suppeteret, quod ex Hispanorum
 duntaxat sententia, ac voto non fuis-
 set ad eam definitionem deventum.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1563.

§. LIX.

*Legati suam innocentiam coram Lu-
nensi Comite vindicantes.*

Postea Legati frequentius in ædibus
 Cardinalis Moroni conveniebant, quo etiam Lotharingius, & Madrutius
 Cardinales accersebantur, ut ibidem
 res ab Oratoribus circa Reformationis
 articulos annotatas discuterent, atque
 ad eam redigerent normam, quæ gra-
 ves contentiones declinaret: verum ac-
 cepto interim Roma exemplo illius epi-
 stolæ, quam calumniis plenam Lunen-
 sis Comes adversus Legatos ad sum-
 mum Pontificem, & Avilam Oratorem
 perscripserat, Legati initio statuebant,
 Comiti ejusmodi dare responsum, ex
 quo

Pallav. u. 5.
 Visconti t. 2.
 Mem. lett.
 65. du 16.
 Aug. p. 265.

Sæcul. XVI.
A.C. 1563.

quo nonnisi mendacia ab eo fuisse ex-
posita manifestum fieret, nihilominus
cum hoc responso Comitum animum ma-
gis exasperari, & proin morum refor-
mationi, ac Concilio absolvendo nova
obstacula opponi considerarent, priva-
tam offensionem lenitate, ac modestia
ulcisci decreverunt, unice in id intenti,
ut suam innocentiam vindicarent, eum-
que persuasum redderent, quod in om-
nibus juxta prudentiæ, & honestatis
præcepta egissent.

§. LX.

*Comitis querelæ de privatis Italorum
Præfulum conventibus.*

*Pallav. c. 3.
num. 6.*

Ad hæc reposuit Comes: „nunquam
in animum induxi quidquam mi-
nus honestum ab ejusmodi viris con-
fectum fuisse, sed fateor, sæpius audi-
tas a me fuisse graves susurrationses ob
eos privatos cœtus, qui in ipsorum
ædibus habebantur, eo viginti Italis,
& duobus solum Hispanis, totidemque
Gallis accitis., Ad hæc querelas mox
Synodi Præsides hæc reponerent:
cum nostrum munus esset, sicuti dixi-
mus, difficultates amovere, & con-
troversias componere, id effici a nobis
non potuit absque illorum consilio, &
ope, quos ad hoc idoneos putavimus,
proin etiamsi verum sit, Italos longe
„major-